

Occasionalia
polypinum Caminia W-183
vol. 23
P-V


W-183-

VIRI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCEL-
LENTISSIMIQVE
DN. FRIDERICI
STRVNZII
POESIOS PROFESSORIS PVBLICI
LONGE CELEBERRIMI ET SVPERIORE
SEMESTRI ORDINIS PHILOSOPHORVM
DECANI SPECTATISSIMI
COLLEGAE EXOPTATISSIMI
OBITVM PRAEMATYRVM
ACERBE LVGET
ORDO PHILOSOPHORVM

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI

A. R. G. tis Inte XXXV D. W. M. A. T. I. N. S.

VITEMBERGAE
TYPIS GAEBERTIANIS



DE HISTORICIS
S. MARIA

† † †



Visquis es ingenuus uirtutis cul-
tor, et artis

Pieriae studium nobile quis-
quis amas.

Aspice funereum lapidem, monumenta
doloris,

Quaeque inscripta uides tristia uerba,
lege.

Haud tamen esse putas commenta aut ne-
scia ueri,

Sed minus, ac decuit, saxa referre scias.

STRVNZIADIS tumulo hoc conduntur
membra celebris,

Qui fuit Albiaci portio magna chori.

Ille Mariano genitus cum monte fuissest,

Aurea ubi tellus uiscera diues habet.

Ditius ingenium naturae dantis amore

Rettulit instructum dotibus eximiis.

Hoc igitur totum doctrinae, qua patet, or-
bem,

Complecti a primis tentat originibus.

Exitus, ad uotum, tanti conata secundat

Pectoris, ut late publica scripta docent.

Cognoscit linguas olim quas axis eous,

Cultior hesperius quas hodieque colit.

In primis latii graiumque excellere pulchris

Eloquiis longo nititur is studio.

Hinc tam facundae promanant flumina Pei-
thus,

Queis animos rhetor flectere gnarus erat.

Nascitur hinc illustre decus nomenque
poetae,

Cuius iucundum carmen ab ore sonat.

Insuper historias omnes uersasse iuuabat,
Praesertim patrium quae tetigere solum.
Abdita seclorum tenebris excussa reuoluit,
Et luce in clara collocat egregie.
Scilicet heroas imitatus, in ardua semper,
Vilia detrectans, impigrior penetrat.
Aggreditur nodos sophies subtiliter, atque
Iudicio promptus soluit ubique suo.
Tum tot praesidiis diuini oracula uerbi
Exponens, tutas indicat usque uias.
Hic propriam fundare fidem studet, hinc
aliorum
Ad coelos firmat duxque comesque gra-
dum.
Haec pietas STRVNZI fuit atque scientia,
utraque
In summis digni nomen habere uiris.
Iam quando oppetiit fatum, terrisque re-
lictis,
Ter felix celeri fertur in astra pede.
Nos tamen orbati collega, uate, sophoque,
Deflemus moestae maxima damna
Scholae.

† † †

Iny VI 183

KD 18
VON

Universitätsbibliothek Sachsen-Anhalt

DFG

136



VIRI
AMPLISSIMI, EXCEL-
TISSIMIQVE
RIDERICI
VNZII
OFESSORIS PVBLICI
BERRIMI ET SVPERIORE
DINIS PHILOSOPHORVM
SPECTATISSIMI
EXOPTATISSIMI
PRAEMATVRVM
ACERBE LVGET
PHILOSOPHORVM
MIA VITEMBERGENSI
et Icc XXV d. IV MAI
TEMBERGAE
GAEBERDTIANIS